

rum multitudo noseſt perſecuta uſque ad villam, ubi eorum multitudo major erat, quam noſtrum eos invadentium: & ut dicebatur, ſi ex noſtris XX. cum clamore de ſupra villam Fanævifſent, vix..... extra ipſam villam qui non fuiſſent incluſi in Fortilicio..... & ſic noſtri domum ſuam lætanter cum triumpho felici & victoria reverſi ſunt, ducentes ſecum captivos vicinos de Fana, & equos, a quibus taleam bonam habuerunt.

Poſt hæc vero brevi tempore ipſe D. Nicolaus ſuorum vicinorum ultionem anhelans facere, fulcimentum magnum fecit, & apparatus peditum & equitum: & venit in burgo Maniaci uſque ad domum Bartholomæi barbitonſoris, contra quem noſtri audaces ſocii & vicini animoſe & cum gravi impetu ipſos invadentes, balifterii ſagittantes cum arcubus ſagittas potenter, & lapides eicientes, ipſi terga dare coacti ſunt: & tanta erat eorum multitudo, quod D. Nicolaus, qui primus erat ad inſultum, non valens acies ſuorum pertranſire, ſicut libenter conabatur facere; tunc noſtri ad tergum ipſius quatuor erant ipſum pungentes, & ab equo eum virum ejicere ſatagentes cum eorum lanceis longis: & jam caput ipſius equi collum tangebant. Interim unus ex ſuis ſub lanceis prædictis..... cum equo ad terram cecidit; propterquod ipſi quatuor, reſiſto ipſo D. Nicolao, cum lanceis quiſque ipſorum, equum ipſum cupiens capere, & ceperunt. Itaque percuſſus fuit honeſtus & fortis vir Guidottus de Fontanellis cum telo uno, & mortuus fuit: & ex aliis multi devaſtati & percuſſi, & equi interfecti, & percuſſi multi fuerunt: ita quod tota via erat madida ſanguine multo, & vere nullus de noſtris damnum aliquod paſſus eſt. Ipſo die de ipſis in Valvaſono, & alibi multi vulnerati ſunt. Et illo die Canduſſius quondam Federici... ſua lancea de manu foris jaſtavit ipſi D. Nicolao, & qui eum non punxit; quia ſi tetigiffet, procul dubio morti ſubiſſet. Et illo die bene vidit & cognovit D. Nicolaus, ſuam & ſuorum potentiam contra nos de Maniaco nihil prævalere. Ipſoque tumultu ſic facto dictæ gentes inimicorum ſe..... congregaverunt ad buciam calcinæ prope fabricam, & ſteterunt per ſpatium magnum: & noſtri in burgo eos putantes redire præſtolabantur, & lætabantur de reditu ipſorum, cognoscentes eos factos fore timidos; putantes ex ipſis, & equis, equorum partem habuiſſe bonam: & ſic dictæ gentes facto eorum conſilio, receſſerunt verecundose & ſine lucro.

Altero autem die, dum ipſi de Fana cum ſcorra, ſeu in cuſtodia, ipſorum multi pedites Fanæ ſtarent circa Abbatiam & rivum, qui eſt ibi ultra, ex noſtris cucurrerunt forte in equis X. contra ipſos, qui in numero ultra quam LX. erant inter Stipendiarios, & operarios vites potantes: noſtri vero pedites ſequebantur noſtros equites. Ipſi vero de Fana, audito noſtrorum equitum curſorum adventu, & nimio timore inducti, qui in arboribus erant, ſe ex ipſis eruere permittentes, ſaltantes paladas, foveas, & cluſas; non dubitantes in ſpinis cadere, nec ſe pun gere. Stipendiarii noſtros non offendentes, nec arma ſua ceperunt in manibus: tam cito fuerunt noſtri contra eos, & dicebant noſtris: ſumus ſtipendiarii, currite contra illos ruſticos, a quibus taleam habebitis; eoſque eis oſtendendo cum digitis. Et ſic pedites noſtri ſupervenientes, ex ipſis de Fana quamplures ceperunt; & euntes per canipas ſine obſtaculo alicujus, ſe onerantes rebus, & maſſericis, & ſecum vaſa, arcas, & brentas ducentes Maniacum cum captivis lætanter venerunt.

Tom. II.

Et ipſi de Fana tam pavidi facti ſunt contra noſtros, quod unus nomine Guilla de Cadubrio, qui omni die ſæpe tamen, ducens quandoque puerum unum ætatis annorum XIV. vel XV. ibat ad Abbatiam, vel in Turri, & trahendo per terram ante ſe uſque Maniacum modo vaſa, modo brentas ducebat. Et multoties ſolus tantum ibat, & ducebat ſecum vaſa duo, ſæpe trahens per prados modo unum, poſtmodum redibat pro altero: & per iſtum modum pro ſolidis XXIV. vel XXVIII. dabat vas unum capiens urnas V. vel VI. vel unam magnam brentam pro ſolidis XXXII. & iſto modo multos replevit de brentis, & vaſibus: & multas brentas, & vaſa ſecum duxit. Quod videntibus ipſis de Fana, qui in collibus ſtabant, ex ipſis nullus contra eum venire auſus eſt. Et qui non vidiffet, credere non poſſet; & longum quidem eſſet omnia poſſe deſcribere.

Et de iis, quæ eis per nos de Maniaco fiebant, homines Meduni fortiffime lætabantur, quia cum contra ipſos de Meduno procedebamus, dicti de Fana de ipſis multum truſſabant dicentes: ſi iſti de Maniaco nobiſcum guerram facerent, aliter contra ipſos procederent. Itaque ipſi de Meduno multum læti erant de noſtro triumpho contra prædictos de Fana. Uno autem die ipſe D. Nicolaus ſuos pedites num. centum miſit Maniacum verſus Colveram: & noſtri num. XX. & minus, qui fuerant ad molendinum Nicoluffii..... in cuſtodia ſuorum vicinorum, qui macinabant, auditis cuſtodibus Turris & portæ Caſtri, & campanæ ſonantis, audaci animo contra iſtos venientes; & fuerunt audacter ad manus unus contra alium in ſtrata poſt domum Pauli quondam Rainardi. Ibi noſtri viriliter irruentes contra illos, eoſque acerrime ducentes, Maroldum ceperunt quondam Fornarii de Fana. Ipſos de Fana terga ipſis dare mirabiliter coegerunt, & eos retrocedere fecerunt; & putantibus noſtris victoriam ipſos poſſe contra ipſos de Fana obtinere, tunc ipſe D. Nicolaus ſupervenientiſ cum LX. equis in ſpatulis noſtrorum: iſti noſtri ſe reducentes in Centa (a) mei Joannis Notarii Aylini poſt domum filiorum olim Petri Agathæ. Ibi quidam, nomine Jangilus de Bavaria, familiaris Dominorum Luchini & Fratrū, honeſtus juvenis XXIV. annorum, ſtaturæ parvæ, bellicus juvenis, & qui multa fecerat contra adverſarios noſtros, partem ſuam mirabiliter exercendo, fuit per quemdam Ungarum captus; quem cum vidit D. Nicolaus, ipſum violenter ei recepit de manibus ſuis, eumque fecit exuere diploidem, paſſeriam, & quælibet alia arma: ipſumque dedit in manibus ſuorum ſervitorum, Joannis q. Galaci, Petri filii Fornerii, & Magni q. Hendriguccii de Fana: ipſumque, caſiſſa exuta, ſic nequiter a ſuis juſſit ibidem interfici; & ſic per ipſos factum fuit. Et hoc factum eſt eis ſine honore, quia & iſtum bar. noluerunt recipere, cum ſe ipſis reddidit. Et putans ſibi & ſuis famam debere de verecundiis habitis per nos de Maniaco, ideo interfecti fuerunt: ſed ex ſuis per noſtros mortuus fuit Mazola. Et ſi noſtri voluiſſent de ſuis tam viliter interfeciſſe, ſæpius facere poterant. Noſtri aſcenderunt uno die in eorum colle de Regula: ibi boves plures conduxerunt Maniacum..... Noſtri intraverunt in eorum montibus & villis, & ex ipſis carcera-
tos duxerunt.

Adveniente vero tempore meſſis (b) Domini de Spegnenbergo omnes eorum ſegetes recollegerunt, & nos a parte noſtra. Itaque nequitia eorum

o

rum

(a) Auctorem ſe prodiſt Joannes, Aylini filius.

(b) Anno, ut puto, 1387.